



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

vers. 1.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

Habete fiduciam: ego sum, nolite timere. 28. Respondens autem Petrus dixit: Domine, si tu es, iube me ad te venire super aquas. 29. At ipse ait, veni. Et descendens Petrus de nauicula, ambulabat super aquam, ut veniret ad Iesum. 30. Videns vero ventum validum, timuit: & cum coepisset mergi, clamauit dicens: Domine, saluum me fac. 31. Et continuo Iesus extendens manum, apprehendit eum; & ait illi. Modica fidei, quare dubitasti? 32. Et cum ascendissent in nauiculam, cessauit ventus. 33. Qui autem in nauicula erant, venerunt, & adorauerunt eum, dicens: Vere filius Dei es. 24. Et cum transire assent, venerunt in terram Genesar. 35. Et cum cognouissent viri loci illius, miserunt in uniuersam regionem illam, & obtulerunt ei omnes male habentes: 36. & rogabant eum, ut vel simbram vestimenti eius tangerent. Et quicumque tetigerunt, salui facti sunt.

IN CAPVT DECIMVM QVARTVM

ARGVMENTVM

Christi potentiam multorum miraculorum enarratione manifestat, adeo vt ad Herodem Tetrarcham fama manaret, qui surrexisse Ioannem Baptistam coniectat. Recensetur autem historia Ioannis die natali, Herodis in grauiam saltatriculae occisi. Deinde quinque millia hominum cum mulieribus & paruulis, quinque panibus & duobus piseibus pasta, relatis duodecim cophinis reliquiarum. Adiunguntur miracula Christi ambulantis super mare, Petrum dubitantem seruantis, tempestatem sedantis, ac denique vniuersa quae in regione Gerasenorum etiam tactu simbriae vestimenti effecit. In Syriae Ecclesia à v. 15. ad 24. vsque in quotidianam oblatione solebat legi: habetur enim תפלה יומית, crebra deculom, oblatio omnis diei seu quotidiana. Inde ad finem legebatur ad vespertinam feriā primā hebdomadis secundae post resurrectionem. Ioannis & Herodis mentionem idcirco facit, vt appareat, totā Iudaeā nomen Christi notissimum fuisse. Nec sine causa historia Baptistae subiungitur illi, quod de auditoribus suis diuersis dixerat: nam in Herode apparuit non fuisse fructum boni seminis, qui facili negotio suffocatus est in primo germine, spinis voluptatum subito exortis. Interim dubium non est, hac Baptistae constantia discipulos insigniter confirmatos, si enim vel minimo signo raptum approbare voluisset, magnis ab Herode honoribus fuisset affectus. Quin etiam constantia sua docuit, nullius se commodi gratia Christum praedicasse, sed exemplo se praere, vt cognoscant fideles Ecclesiae Doctores quā conditione laborent, vt iudicium Dei praemia aeterna redditori patienter expectent. Insigne documentum est operere Dei seruos etiam cum vitae periculo monere delinquentes, Nathan Dauid, Ambrosius Theodosium monuit. Ioannes, etsi multa Herodes faceret, non tamen conuenire in tanto scelere voluit.

VERSVS I.

In illo tempore audiuit Herodes tetrarcha famam Iesu.

QVÆSTIO I.

Quando audiit Herodes.

In illo tempore, quo iam Apostoli ex legatione prima redierant, narrabant quae gesissent. Immo non vni, sed pluribus regnum Dei praedicabatur, & loco vnius occisi Ioannis duodecim Apostoli praeter Christum, atque adeo discipuli 72. totam Iudaeam & Galilaeam Euangelio complebant. Non enim latere amplius lucerna potuit super tot montes polita, sed vitali lumine domum aeterni patris colluabat.

§. 2. Magis adeo mirum videri posset, tam sero rem tantam ad aures Herodis peruenisse: cum aegri finati omnibus locis appaerent, ingentesque fierent hominum concursus, praesertim cum Herodes occidendi Baptistae praetextu simulauerit seditionis metum. Itaque aliqui Romae eum hoc tempore fuisse, alij bello Arabico occupatum arbitrantur. Verum iam Romā redierat, & negocijs confectis sese incestis nuptiis polluebat.

§. 3. Vera mihi causa videri solet, Herodis Tetrarchae superbia, & in rebus diuinis negligentia, virtutisque odium, & contemptus. Est enim hic Herodes Antipas, magis Herodis filius, Christi in passio-

Adami Conzen in Evang. Tom. I.

ne illusor, Vulpecula ab eodem nominatus. Eusebius in Chronico, Archelaum, Antipatrum, Antipam, Philippum filios Herodis, Tetrarchas appellat. de Tetrarchis vide Plinium lib. 5. c. 18 & dixi in Lucae caput 3. Syrus Tetrarcham vocat תטרכא Tetrarcha Rex etiam quandoque appellatur, Maici 6. & Luca 9. Licet Augustus Tetrarchas tantum in regno Iudaeorum debilitando, & viribus diuidendis instituerit, vt Iosephus libro 17. antiq. cap. 10. & 13. Certe regem se putauit, cum dimidium regni saltatriculae sponderet. Itaque regium nomen affectauit, & ita à suis vocatus est. Factus autem illum egit transuersum, vt de Christo vix audire dignaretur. vt Chrysostomus 49. in Matth.

Οὐκ ἀπλὸς δὲ τὸν κατεστ. ἐπιστημαίεται δὲ ἐναγγελιστὴς, ἀλλ' ἵνα μάθῃς τὸν τ. εὐὸν τὴν τετραρχίαν, καὶ τὴν ἀκρωχίαν. οὐδὲ τὸν ἀποστολικὸν ἐμβαλεῖν καὶ αὐτὸν ἀλλὰ πρὸς τοὺς ἀπείρους. ab audientibus. οὐδὲ τὰ πάντα μαθάνει, διὰ τὸ μὴ πολλὴν αὐτῶν ποιεῖν λόγον. Non autem otiose tempus Euangelista signauit; verum vt fastum Tyanni & negligentiam omnes intelligere possemus. Non enim ab ipsius statim miraculorum exordis f. mam Iesu, sed post multum tempus percepit. Huiusmodi certe sunt qui in Principatibus viuunt. Nam, quoniam fastuerunt plurimum sibi arrogant, paru facientes cetera, sero ea perdisunt.

§. 5. Decollatio porro Ioannis Baptistae, vt colligit ex Luca 9. & Marci 6. Mercator, alijque incidit in illud tempus, quo discipulos ad praedicandum ablegauit, sic enim demonitum est obuam, missi multis in vineam operarijs pro vno occiso. Itaque fieri vix poterat, vt tot miraculis, tam multis locis non commouerentur animi, & ad Herodem res deueniret.

Bb 2

VER-

Adami Conzen
in
Euangelia
Cvi
18